

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Historia Marchionum Badensium & Hachbergensium - Cod. Karlsruhe 3293 II 10**

**Gamans, Johannes**

**St. Peter auf dem Schwarzwald, 1758**

Cap. VI.

[urn:nbn:de:bsz:31-267058](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-267058)

Hubert, Apert, Eberhard, et Thiebault: lesquels 33.  
avoient pris alliance par mariage avec filles de Mai-  
sons et des quels sont descendus plusieurs Comtes, qui  
auront eu le Surnom de Habsbourg, et autres Seigneuries.

Manet itaq; fixum firmumq; quod Habsburgij illi,  
ex quibus Principes tum Austriaci, tum Badenses  
desciunt, avita Domo Alsatici fuerint, quodque  
Apertus, qui Habsburgij nomen adoptatus assumpsit,  
patrem habuerit Albericum, avum Ethonem, proavum  
Ethiconem D. Odilio: quam Tutelarem venerantur Al-  
sata: parentem, omnes Alsatie Ducum Titulum con-  
spiciant.

## Cap. VI.

Alsatie Duces ex prima et antiquissima Fran-  
corum Nobilitate Agilolfingica, id est, ex pri-  
scis ejus gentis Regibus paternum genus  
derivante.

Franci olim Germaniam incolentes, antequam in  
Gallias transierunt, cum essent bellicosa gens, et non  
à Romanis tantum, sed plurimis undiq; hostibus impe-  
terentur, ipsique multos ultro laceperent, perpetuo  
in armis esse coacti regale sceptrum non nisi viris  
ad belligerandum idoneis comittebant, ac si quis Rex  
vita functus filios quidem post se reliquisset, sed quar-  
tum et vicesimum aetatis annum nondum ingresses,  
hi successione excidebant, regiumq; Diadema ad ali-  
quem ex patris vel agnatis, cui iusta non deesset  
aetas, transferebatur, illis autem sic exclusis prae-  
cipuus nihilominus honos: tanta erat regij Sangui-  
nis reverentia: habebatur, sumis Praefecturis ad-

34. habebantur, amplissima possessiones tum in Germania, quam diu hic subsistere, tum in Gallia, postquam ea subacta fuit, illis assignabantur; Et, ut aliquo etiam honoris titulo a nobilitate reliqua discernerentur, Agilolfingi dicebantur. Vocabulo hujus etymon non liquet; patrimonium esse suspicor, sicut alia ejusdem terminationis Merovingij, Carolingi, Quelfingi &c. qua Franci teutonico tunc adhuc idiomate loquentes sic efferebant: Sin Wulstingus, Sin Lursingus, Sin Mursingus, Sin Aglolfingus &c. prout et hodie nobilium et patriciorum quorundam familiae sic exprimuntur: Sin Viikingus, Sin Sturingus, Sin Wulpingus, Sin Kunzingus. Est autem Agilolfingi nomen genericum, subse continens tum Quelfingos, tum Carolingos, aliosque regiae stirpis ramos longe lateque sparsos. Quodque autem ad summos Magistratus non nisi hujus clavis nobilibus daretur acceptus, idque non in sola Francia, sed in omnibus provinciis Francico Imperio subjectis, inde liquet, quod, postquam Alemanniam quoque et Boivarum in potestatem redegerunt Franci, illic hoc etiam observari debere commemoravit Rex Dagobertus in tabulis legum Boicarum sic scribens: Agilolfingi vero usque ad Ducem in quadruplum componuntur, quia summi Principes sunt inter vos, Dux vero, qui praest, in populo, ille semper de genere Agilolfingorum fuit, et debet esse, quia sic Reges antecessores nostri concesserunt eis; qui de genere illorum fidelis erat et prudens, ipsum constituebant Ducem ad regendum populum &c. Qui de

his plura scire desiderat, Brunclinum adeat p. 10. 11. et  
 Despert. erudita hac tractantem, cujus non est impro-  
 babilis conjectura, Suuonem et Richimerum Genebaldi  
 filios ob solius aetatis defectum regno exclusos, substituto  
 eis Pharamundo, hoc privilegium accepisse, ut proximos  
 post Regem honores ipsorum posteris pra alius obtinerent,  
 ut sic ex Regis Dagoberti verbis, cum constet, Ducem vel  
 unius populi non nisi ex Agilolfingio assumi solitum,  
 dubitare non licet, Duces, quibus totius Regni cura  
 committebatur, id est, majores ~~ma~~ Domus seu Calatij tra-  
 fectos ex eadem suprema nobilitatis classe fuisse,  
 atque Ethiconis Alsatia Ducis, patrem, avum, proa-  
 vum, id est, Leudegium, Erchinoaldum et Aganem  
 Majores Domus in regno Francia extitisse, mox ido-  
 neis testibus probabimus. Sunt igitur et hi et eorum  
 posteris ex Agilolfingio, id est, priscis Francorum Regibus  
 orti, illis nimirum, qui ante Pharamundum in Fran-  
 cia germanica regnarunt, Marcomiro, Clodione, Theo-  
 domiro, Clodomiro, ceterisque in universum, unde  
 quadraginta, quorum primus Antenor Trojanus.  
 Ut proinde non sit pro somnio, neque pro adulatorio  
 comento habendum, si principes nostros Trojurgenas  
 dixerimus: neque enim, quia de Troja scripsere hœ-  
 ta, illico pro fabula habendum, quidquid de Troja  
 dicitur; E Trojanis exulibus Regni Francorum par-  
 va s. ut fit: initia surrexisse, non est fabula, sed hi-  
 storia: Occupatis novis Sedibus Regem sibi consti-  
 tuisse de prosapia Regum, quos in Dardania habue-  
 rant, Oriandum Antenorem non ex otioso cerebro  
 confictum, sed a Majoribus acceptum, ipsaq, regnantibus

Series et Successio quod annotata fuerit, non vides, cur dubites aut mireris, neque enim barbara et stupida fuit gens Francorum, non formicarum aut apum populus, sed bellicosorum pariter et ingeniosorum hominum, cultior utiq; Scanzianis, Britannis, Hibernis, qui tamen Regum suorum seriem a multis retro seculis enumerant, et suis Annalibus non destituntur. Denique ipsi Francorum Proceres et Agilolfinga nobilitatis heroes etiam, postquam christiana sacra amplexi sunt, nec de Majoribus caeca Gentilitati immortuis magnopere gloriari curarunt, tamen ne sui Originis memoria intercidere, Trojanos se dixere et in publicis etiam Diplomatebus scripsere, cujus rei exemplum Bucelinus ex Monasterij Melocensis monumentis adducit, ubi Diploma aservatur, Clodulphi Ducis Moselanica, qui Ansigisi Ducis frater, Pipini Regis magnus patruus, religiosissimus pariter et sapientissimus, omnique virtutum genere conspicuus Princeps fuit, Diploma scriptum est an. C. 646. hic disertis verbis de se et per consequens de Carolingis adeoque de Agilolfingis universim: qui haud multo postquam haec scripserat, Metensis factus Episcopus inter sanctos Ecclesia ejus Antistites connumeratur: Trojanam Originem profitetur; Verba ejus sunt: Nos igitur Clodolphus, Dux Austria Moselanica, Arnulphi Ducis filius, filij Arnoldi, ex antiqua ac nobili Francorum Trojanorumq; Stirpe natus. Quis jam talem Principem vanitatis arguat, aut fabulosa origine gloriari voluisse putet? Dubio procul generis sui deductionem

37.  
tatis perspectam habebat, neque tam erat sua gravi-  
tatis ac dignitatis inmemor, ut de se suaque familia se-  
mere nullogq; fundamento talia enuntiaret, ac Diplo-  
mati, quo de rebus maxime seriis, et ad cultum divi-  
num pertinentibus agitur, infereret.

De Pipino Rege etiam apud Amilium legimus, ex  
amplissima familia et tam veteri nobilitate natus  
erat, ut cum author gentis, origoq; prima ignora-  
retur, quod multi ejus Stirpis Anchisij vocitati  
invenirentur ab Anchise Trojano eos oriundos pleriq;  
jaecitarent.

Paulus Diaconus eorundem temporum Scriptor, de  
patre ac fratre Clodulphi Ducis venerandus, inquit,  
iste vir / St. Arnulphus / juvenutis sua temporib;  
ex legitimi matrimonij copula duos filios procuravit,  
id est, Anchisum et Clodulphum, cujus Anchisi no-  
men ab Anchise patre Aeneas creditur esse deductum.

Quid igitur de Pipino ejusq; progenitoribus vulgo  
/ ut Amilius ait / jaecitatum et vero etiam / ut Paulus  
Diaconus / creditum atq; a Clodulpho Duce sapientissimo  
Principe asperatum fuit, esse nimirum Trojugenas,  
idem de ceteris Agilolfingorum familiis, haud vanè ja-  
ctari, credi, asperari potuit, ac decorum posteris,  
qui nostra aetate vivunt, nominatim de Aestriacis  
ac Badensibus Principibus vere ac citra omnem  
adulationis notam asperari potest, esse antiquissima  
origine Trojanos.

Non interim exiges a me, benigne Lector, ut a  
Dardano Priamove ordiar, et catenatim cohaerentè  
nepotum Successionem ad haec usque tempora, editis

singulorum nominibus et cognominibus exhibeam  
 si nulli unquam hominum etati sui defuissent Scri-  
 ptores et Chronographi accurato studio omnia, qua po-  
 sterioritas curiosior ignorare nollit, litteris mandantes  
 si deinde Blattarum linearumque totum genus ante bis  
 mille annos exterminatum et venasii illis prohibitum  
 si Vulcano et Neptuno omni in chartophylacia ingre-  
 sionibus interdictum, si denique nunquam saturo Saturno ciborum  
 delectus imperatus, et ne schedas arrodere ausit, lex po-  
 sita foret, tunc ista fortassis postulata locum haberent.  
 Nunc rebus longe aliter constitutis merebor veniam,  
 si ultra annos mille, quos initio promisi, curas meas  
 non extendero, et hoc jam debitum exsolvam.

### Cap. VII.

Ex progenitoribus Principum, tum Austriacorum  
 tum Badensium claruit ante annos paulo plusquam  
 mille sub Dagoberto M. Francorum Monarcha, Ega  
 major Domus, proavus Ethiconis, Alsatia Ducis,  
 Osberti Habspurgij tritavus, cujus filios, ne-  
 potes &c. hac tabula descriptos exhibemus.

Quae tabula ista continentur, plerumque testibus idoneis  
 probare jubebor: faxo non invitus. Quae de Egane: non  
 ego primus illum in capite tabula, Alsatiam familia  
 describentis, colloco, fecit ante me Theod. Piesporidius  
 Stem. Austr. p. 4. Vignier L. de vera Domus Lotharingu  
 Austriaca, Badensis &c. origine p. 1. qui multos  
 alios authores hac in re sequi se dicit. Piesporidij ver-  
 ba sunt: Ega, genere nobilis ex Neustria: qua hodie  
 Normandia dicta: oriundus, consiliarius Dagoberti I.